



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

II. De successionibus in Emphyteusi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

8. Quoniam requiruntur conditions? Octo ex meis Doctoribus collegi. 1. Ut in re immobili constituatur, & fructifera. 2. Ut dominium directum, & ciuilis possessio maneat apud priorem dominum, utile autem (ut dixi) transferatur in Emphyteutam. 3. Ut soluatur pensio propter conuentum. 4. Ut non soluens pensionem per duorum annorum spatium si res Ecclesiastica sit: vel trium annorum, si sit secularis, amittat rem Emphyteuticam cum omnibus meliorationibus & operibus, quae in ea fecit: eaque ad directum dominum redeat. 5. Ut pereunte re sine culpa Emphyteuta, a solutione pensionis liberetur. 6. Ut rem norabiliter deteriorem reddens amittat. 7. Ut Emphyteuta non vendat Emphyteuticum ius, & melioramenta a se facta, nisi directum dominum præmoneat alias cadit in commissum, & reddit res ad directum dominum. 8. Ut quoties res venditur, vel alienatur, is qui eam accipit, directo domino soluat laudem, nisi vel haeres necessarius titulo hereditatis, vel filia dotis titulo, eam recipiat.

9. Quod denique Emphyteusis obligationes? Tres principias ex multis indicabo. Prima, ut Emphyteuta pensionem soluat. Secunda, ut rem non alienet, nisi domino admonito. Tertia, ut eam non faciat deteriorem. Praeterea de dolo tenetur culpa lata, & leui.

10. Expende pensionis soluenda obligationem. Si res in totum perierit, nulla pensio debetur. Si tantum in parte soluenda si modica sit, non soluenda si magna. Propter sterilitatem autem pensio non remittitur. In fine anni solui afflolet, collectis fructibus, & debet tota solui alioquin in commissam incurritur.

CAPUT II.

De successionibus in Emphyteusi.

11. DE successionibus in Emphyteusi cupio Doctorum placita expendas. In Emphyteusi seculari succedunt etiam naturales filii, non in Ecclesiastica. Si facti sunt huiusmodi naturales filii legitimi a Principe, vel per subsequens matrimonium? Succedunt quidem in seculari facti a Principe sicut ante legitimationem; at verò facti legitimi per subsequens matrimonium, succedunt in Ecclesiastica. Fœminæ nomine filiorum non veniunt in Emphyteusi.

12. Si Emphyteusis non facta heredum mentione data sit?

Filiij

430 *Moralis Theologie Tract. III. Justitia,*

Filiij veniunt etiam si hæredes non sint ; si verò fiat mentio, non transit ad filios, nisi hæredes sint. *Venient ne cuncti nepotes?* Ex filia non veniunt, si dicitur dari sibi, & descendebus suis masculis ; secus si dicitur, ut accipiat sibi, & filii que in tertiam generationem.

13. *Transmittit ne pater cui maluerit filio?* Non, nisi hæreditaria. *Transit Emphyteuta in Religionem.* Succedit Religio, si capax sit, & Emphyteus sit hæreditaria ita ut extraneos transfire possit ; sed nominari debet aliquis, cum obitu finiatur, & reuertatur ad dominum. *Transit ne alius fiscum?* Transit, si secularis sit hæreditaria, non si Ecclesiastica. *Transit ne ad extraneos?* Ex verbis planè desumptum est.

14. *Sumptus facti in re Emphyteutica ad quemnam pertinent?* Pertinent ad Emphyteutam quoad aestimationem, quoad proprietatem domini sunt, nisi aliud ex conuentione habeatur.

C A P V T III.

Praxis circa materiam de Emphyteusi ex Societatis Iesu Doctoribus.

15. *Quidnam sit laudemium, & quandonam soluendum domino possessionis?* Laudemium est quinquagesima pars. Porro quando res emphyteutica ad alium Emphyteutam per venditionem, vel donationem, vel permutationem, vel locationem decennalem transit, soluendum est à secundo Emphyteuta laudemium, seu quinquagesima pars domino directo propter inuestituram seu laborem, quem dominus directus subit inuestiendo, seu mittendo nouum Emphyteutam in possessionem.

16. *Si Ecclesia, vel persona privilegiata concedat domum, vel agrum in censum emphyteuticum redimibilem, emphyteutae gaudebit privilegio exemptionis?* Non gaudebit, (ait Filius) quia tunc dominium non remanet penes Ecclesiasticum sed solum ius recipiendi annuam pensionem. Secus est de aliis Emphyteutis Ecclesiae.

17. *Dixisti Emphyteutam rem perdere, si per biennium non soluit pensionem: rogo, num opus sit iudicis condemnationis?* Affert Molin. *opus esse;* iudicem tamen nihil facere nisi parte petente